



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 Quando poena opposita actui efficiat inualidum, quando non?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

cessante adæquata causa legis, debet cessare lex. Cum ergo adæquata causa sit culpa, & hæc cesset, cessabit irritatio: & ita docet alios referens Suarez lib. 5. de legibus. cap. 22. n. 3. Difficultas autem est, an ignorantia irrationis penaliter excuset ab illa incurrenda. si delictum, cui est annexa, commissum est. Huic difficultati satisficimus, cum de ignorantia peccati constituta per legem loquimur: sumus; ubi enim, ut probabile, defendimus non contrahi peccatum.

8 Si autem de lege irritante ob bonum commune loquamur, qualis est illa, quæ testamentis, electionibus, matrimonio contrahendo formam præscribit, ob nullam viam, neque ob ignorantiam, neque ob vigentem aliam causam, impediti irritatio potest, quia effectus irrationis à sola lege causatur, & cum illa de se efficaci sit operati talem effectum, non potest à subito impediti. Constat, quia actus non potest habere valorem, nisi ex voluntate legislatoris: at legislator resistit valori, quando non servat formam ab eo præscriptam. Ergo. Neque obstat legem humanam cum gravi detrimento non obligare; quia lex non obligat ad irrationem, sed illam imponit; & ita tenet eam communi sententia Sanchez pure referens lib. 3. de matrim. disp. 17. num. 10. Gutierrez de matrim. cap. 61. n. 7. Salas disp. 16. sect. 3. Suarez lib. 5. disp. 22. à n. 4. Nauarr. cap. 23. à n. 44. Bonacina disp. 1. quasi. 1. punct. 7. num. 22. Henric. lib. 11. cap. 5. num. 5. Contarium huius conclusionis videtur tenere Tiraquel, alios referens de legib. connubialib. glossa 6. num. 34. Alderan. Mascard. de generatib. status. interpretand. lib. 9. n. 78. & 82. Farinac. citans plures 2. part. fragment. verb. lib. n. 21. & 22. dicunt enim necessitate compulsos non implete formam præscriptam, non vitare obinde actum, sed firmum esse, ex præscripta, inquam, voluntate legislatoris notentes in eo casu obligare. At hæc doctrina vera esse non potest, nisi cum irritatio fit in peccatum, vel est irritatio fetenda per iudicem, & non ipso facto.

9 Quod si lex non absolute irritet actum, sed in favorem alicuius private persone: tunc certum est irrationem impediti posse ipsa persona renunciantem, ex cap. ad Apostolicam, de regul. iur. & c. anis, de testib. quia tunc lex non intendit causare irrationem, nisi in quantum alteri commodum fuerit. Quia ratio contractus pupilli sine autoritate tutoris & religiosi sine licentia Prælati, esto irriti sint, si tamen cedant in utilitatem pupilli, & religiosi, debent valere; quia in eorum specialem favorem irrita decernuntur, & quod in favorem alicuius introductum est, non debet in eius dispendium retrorqueri ex regul. 61. de regulis iuris, in 6. sic docuit Nauarr. comment. 2. de regularib. num. 32. Salas disp. 16. sect. 3. fine. Suarez lib. 5. cap. 33. num. 7.

PUNCTUM XIII.

An omisio levis formæ substantialis reddat irritum actum.

- 1 Varia sunt Doctorum placita.
2 Dicendum est levis formæ substantialis omissionem reddere actum nullum.
3 Forma ad unquam est specificè servanda.

1 **V**aria sunt placita Doctorum, ut videtur est apud Suarez lib. 5. cap. 32. n. 8. Bonacina disp. 1. quasi. 1. punct. 7. n. 2. Molinam de iustit. disp. 81. in fine & Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. n. 3. Azor. 1. part. lib. 5. cap. 28. vers. animadvertendum. Greg. Lopez in l. 5. r. 6. p. 6. Salas de leg. cap. 2. sect. 3. vers. de iniquitate. Alij affirmant leuem formæ substantialis omissionem vitare actum, sic Suarez, & alij. Alij negant, uterque Salas, Molina, Bonacina, & alij.

2 Dicendum tamen est videri implicatum statim leuem omissionem formæ substantialis: nam si aliquid formæ substantialis omittitur, vel illud quod omittitur pertinet ad substantialem formam actus, vel non; si non, iam non est pars formæ substantialis, & de illo non est quæstio: si autem pertinet ad substantialem formam, impleat sine illo substantialem formam esse, & consequenter actum, qui ex illa constituitur: ac proinde non est levis, sed gravis omisio, probatur efficaciter ex lib. cum bi. §. si prator, ff. de transactio. ubi transactio censetur nulla, si non de omnibus inquiratur, quæ oratio mandat, hoc est, de causa, de modo, & de personis, quantum de quibusdam quærent. Adde vix posse contrarium opinantes assignare, quæ formæ substantialis levis omisio sit: nam in testamentis omisio vnius litteræ, si mutat sensum, non est levis omisio: in testamento, & in contractu matrimonij omisio vnius testis, non reparatur levis omisio: in inquisitione, si non præcedat infamia, & sic de aliis. Quæ ergo signati potest levis omisio: ergo non est concedenda, & sic tradit plures referens Farinac. 2. part. fragment. ubi de lege. pag. 2. to. n. 208. Tufcus verbo forma, conclus. 415. n. 13. & 411. n. 7.

2 Ex hac doctrina fit primò, formam ad unquam, & vitare, exequi debere, neque ei aliquid addi, aut minui potest. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

quin contrahat actus: sic Cardin. Tufcus præcis. concl. verbo forma, conclus. 415. Tiraquellus de retractu lignag. §. 1. glossa 21. sub n. 11. & de retractu consensionali §. 4. glossa 6. sub n. 31. Farinac. 2. part. fragment. ubi de lege. num. 214. Alderan. Mascard. de general. statum. interpret. concl. 9. n. 56.

Fit secundò, quando lex, seu statutum aliquid pro forma exigit, illa specificè adimplenda est, & non sufficit per æquipolens, tradit Roland. cons. 30. n. 4. lib. 3. & consil. 72. n. 54. & 199. Alderan. Mascard. supra n. 62. Farinacius n. 209. Tufcus verbo forma, conclus. 415.

PUNCTUM XIV.

An lex irritans incipiat habere effectum à puncto publicationis.

- 1 Proponitur ratio dubitandi.
2 Resolvitur ante tempus publicationis non habere effectum, nisi expressis verbis declaretur.

1 **R**atio dubitandi est; quia huiusmodi effectus à sola lege emanat, afficitque ignorantem. Ergo optime potest à puncto publicationis causari. Et confirmo. Lex prohibens concedit tempus subditis post eius publicationem; quia obligationem illis inducit, quam obligationem subire non possunt, sine eius notitia: at lex quatenus est irritans, nullam subditis inducit obligationem, sed tendit ad annullandum actum, siue sciant, siue ignorantem fiat. Ergo ex eo puncto, in quo lex constituta est, poterit irritare; & ita de legibus canonicis sententia Nauarr. ca. 23. n. 44. & lib. 3. consil. cit. de regularib. consil. 31. n. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 185. n. 2. Sylvest. verbo lex quasi. 6. d. 10. 3. & alij plures relati à Suarez lib. 5. de legib. cap. 33. n. 5. & à Sanchez lib. 3. de matr. disp. 17. n. 10. Farinac. 1. part. fragment. verbo constitutio. num. 672.

2 Dicendum tamen est nullam legem civilem, aut canonicam irritare actum antequam transeat tempus, in quo possit obligationem inducere, nisi id expressis, & manifestis verbis legislator declararet. Probo, quia ante illud tempus non censetur sufficienter applicata lex, ut in notitiam subditorum deveniat, sed irritare actum, antequam possit in subditorum notitiam devenire, obstat recte gubernationi: quid enim magis contrarium rectæ gubernationi esse potest, quam existimare subditos se valide contrahere, cum tamen invalide contrahant: sequerentur enim ex hoc non levia incommoda, ut de se patet. Ergo. Dixi, nisi id manifestis verbis legislator declararet: nam tunc procedit ratio dubitandi facta, in qua probatur hunc effectum irrationis non pendere à notitia subditorum, sed à lege causari, ac proinde posse ipsam legem, eo ipso, quo est constituta illum efficere: sic Sanchez, & Suarez supra.

PUNCTUM XV.

Quando pœna imposita actui, efficiat invalidum, quando non.

- 1 Pœna imposita actui, qui non obstante prohibitione fieri validus potest, non efficit invalidum.
2 Contrahentes matrimonium clandestinum invalidum, non contrahunt pœnas iure antiquo latis.
3 Prælati excommunicati nulliter, non contrahunt pœnam suspensionis, cap. 1. de sentent. excommunicat. in 6.
4 Pœna imposita actui invalido, invalidum facit.
5 Debet tamen esse invalidus ex illa ratione, qua imponitur pœna.

1 **R**espondeo consideranda esse verba legis: si enim lex puniat actum, qui valide fieri potest, non obstante prohibitione, non incurritur pœna ob actum invalidum. Et ratio est, quia non censetur tunc prohiberi illa lege actus invalidus sed validus. Nomine actus, non venit regulariter intelligendus actus nullus, sed verus, ut probat Tiraquellus de retractu lignagier. §. 1. g. 2. num. 5. & 6. r. l. bones, §. hoc sermone, tota limit. 1. ff. de verbor. signific. deaphin. de privilegiis iuramenti. privileg. 71. sine qua idem est non esse, & esse nullum, lib. data sunt Titij, ff. de testam. iust. & ita tenet alios referens Suarez lib. 5. cap. 34. numer. 13. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 2. num. 2. & 5.

2 Ex quo infero primò contrahentes matrimonium clandestinum invalidum, non incurtere pœnas latis ab antiquo iure contra celebrantes matrimonia clandestina, quia illæ censuræ contra celebrantes matrimonia clandestina valida, non invalida ut constat ex verbis Concilij sess. 24. cap. 2. ubi reddit irrationem, quare irritaverit matrimonia clandestina antiquitus valida, quia ex illis ad alias nuptias transibant, & in perpetuo concubinato vivebant. Supponebat ergo Concilium esse valida matrimonia. Ergo ob invalida matrimonia non imponuntur.

DE CASTRO SUM. MOR. PARS I.

imponatur illi a pœnae, sic Sanchez alios referens num. 5, Suarez num. 12.

3 Secundò inferre possimus Prælatos sola voce, & non scriptis excommunicantes contra cap. 1. de sentent. excommunicati. in 6. non contrahere suspensionem illo cap. impostam, si excommunicatio altunde fuit nulla; vel si de facto non habuit effectum, eo quod subditus appellavit, aut patuit mandato; quia tunc Prælati non committit actum, cui est annexa suspensio; suspensio enim non cuiquamque excommunicationis sed excommunicationi latæ fuit imposta: non enim est lata excommunicatio, quousque aliquis illam, contrahat, nisi tentaverit; & ita tenet Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 2. num. 5. cum Lupo ali. got. 73. de sentent. excomm. paulo post princ. vers. sed de secundo.

4 Quòd si pœna imposta sit actui aliis invalido, vel qui sit invalidus lege illa, quæ pœnam imponit, tunc ob actum invalidum contrahitur pœna: sic Sanchez, Suarez, & alij supra relati. Ratio est manifesta, quia tunc solum factum, & depravatam animam intendit lex punire, non iuris effectum, vel, ut clarus dicam, incendit lex punire attentionem actus, non ipsum actum verum. Quapropter si aliqua via excusetur nullitas actus, pœnae hæc evadentur, quia non est factum id, cui pœnae sunt annexæ.

5 Limitat autem Suarez num. 10. hanc doctrinam, in casu, quo actus non sit aliis invalidus, nisi ob eam causam, quæ a lege punitur. Nam si a iure invalidus est, affirmat non contrahi pœnas impostas: hæc ratione excusat emphyteutam, qui inconsulto domino vendit, ut nen cadat in commissum, si venditio aliis nulla sit. Idem excusat Notarium conscientem instrumentum factum, ut non cadat in pœnas falsario impostas, si instrumentum ex alio capite nullum sit. Idem est de rebaptizante, si de facto primus Baptismus nullus extiterit, non contrahere pœnas rebaptizanti impostas; quia tunc re vera non est rebaptizatio: est ipse ex conscientia erronea sic esse existimet. Idem est de aubente secundò, si ex alio capite nullum sit secundum matrimonium, vel primum fuerit nullum. Ratio omnium est, quia cum hæc leges sint pœnales, & odiosæ, stricte sunt interpretandæ. Placet hæc læc enia.

PUNCTUM XVI.

Quando lex censetur pœnam imponere ipso iure.

- 1 Non censetur imponere, cum loquitur per verba indifferencia.
- 2 Aliqui limitant in pœna infamie, sed repellitur limitatio.
- 3 Secundò limitant, n. si duplici constitutione idem esset statutum sed non approbatur.
- 4 Tertio limitant in constitutione verbis geminatis prolata.
- 5 Lex pœnam imponens sub verbis de presenti, intelligitur ipso iure.
- 6 Inducit nullitatem omnibus subsequentibus.
- 7 Si sub verbis imperatiis directis in iudicem feratur, non censetur pœna ipso iure imposta; secus si directæ sit in reum specialis aliqua circumstantia.

1 Dico primò, quoties lex per verba indifferencia pœnam imponit, non censetur pœna ipso iure imposta esse, sed per sententiam imponenda, quia leges pœnam imponentes in initioem partem sunt interpretandæ, ita Cardin. Tuleus prædicte conclus. ubi b. pœna conclus. 238. n. 4. & in verbo, privatio, conclus. 719. n. 7. Suarez lib. 5. de leg. lib. cap. 6. n. 2. & cap. 7. num. 5. Salas de legibus, disp. 15. sect. 6. n. 79. Fatinacius fragm. crim. v. p. verb. lex, n. 59. pag. mibi 189.

Ex quo fit, si statutum intendat aliquid fieri sub pœna capitis, vitæ, exilij, excommunicationis, privationis honorum, &c. non incurri has pœnas, nisi advenierit sententia: sic Tuleus supra Suarez cap. 6. n. 4. Salas sect. 4. n. 4. & sect. 3. n. 77. Tiraquellus in l. si unquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur, n. 254. Fatinacius num. 69.

2 Limitant aliqui supradictam conclusionem in pœna infamie, quæ non ab homine, sed a lege imponitur. At, ut optime expendit Suarez lib. 5. cap. 6. n. 17. & seq. & Salas disp. 15. sect. 6. n. 77. ad finem & Valquez disp. 73. cap. 1. non semper delicto annexa est; & dato esse annexam alicui delicto, & illo commissio incurri, indiget sententia declaratoria criminis, secus verò est de propria irregularitate, quæ nunquam ab homine sed a iure imponitur, consentit Fatinacius num. 77. & num. 85.

3 Limitant secundò, nisi duplici constitutione idem esset statutum: tunc enim affirmant, ne frustratoria sit, & inutiles constitutio pœnam ipso iure imponere, etiam si per verba de futuro, aut indifferencia procedat, & verba extrahi à propria significatione, tradit plures referens Tiraquell. in l. si unquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur, n. 34. 35. 44. 45. & videtur consentire Fatinacius num. 90. 91. & aliquantulum Suarez

lib. 5. c. 6. num. 14. & 15. quatenus dicit seruandam legem, & si non addat pœnam ipso iure, posse aliquem effectum habere specialem, si prima lex in defectu eadem venit. Sed tunc iam non est secunda lex, sed prima, si prima non obligat. At ex sola geminata constitutione efficax argumentum non desumitur, cum possit ob maiorem rei obseruatiam, & recommendationem pluribus constitutionibus idem mandari.

4 Limitant tertio, nisi verbis geminatis constitutio procedat; tunc enim & annulationem actus, & pœnam ipso iure incurri, tradunt communiter scribentes: ut videtur est apud Tiraquell. num. 64. Fatinacium n. 72. Tuleum prædicte conclus. 719. n. 12. At si rationi inhærendum est, non videtur hæc geminatio sufficere, ut defendit Suarez lib. 5. de legibus, cap. 6. num. 12. Salas num. 78.

5 Dico secundò, lex pœnam imponens sub verbis de presenti, aut præteriti temporis, intelligitur ipso iure; ut si dicat: Excommunicatus, suspensus, priuatus sis, non tenet, nullius sit reboris, nullius momenti; sic docet innumeris referens Fatinacius n. 73. & 74. consentit Tiraquellus, Tuleus, Francisc. Suarez, Salas & alij. Fateor tamen hæc verba sæpe futurum tempus significare. Quapropter, nisi aliquid addatur, denotans præteritum tempus, non debeat intelligi pœnam ipso iure imponere, ut ex his, quæ numer. 7. dicemus, colligi potest; semper enim in pœnis benigna interpretatio facienda est.

6 Ex hæc conclusione inferit Fatinac. n. 83. cum Tiraquell. in l. si unquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur n. 212. & seq. Cardin. Tuleus conclus. 719. n. 26. & 27. & alij, si per statutum, aut sententiam alicui denegantur iudicia: ut si dicat, non audiatur bannitus, aut excommunicatus sit, inducere nullitatem ipso iure in omnibus gestis per ipsum. Et idem est, si statutum præfigat terminum ad probationem aliquam faciendam, & transacto termino libeat, ut non audiat, audiri non poterit, neque admitti ad probandum: & omnes probationes transacto illo termino esse nullas.

7 Ex ipse tamen ab hæc conclusione legem, quæ fertur per verba imperatiis modi directæ in iudicem: ut si dicat lex, Petrus si hoc fecerit, excommunicatur, priuatur, deponatur, interdicitur, spolietur, abiciatur, & pellatur; tunc enim non contrahitur pœna ipso iure, sed est ferenda per iudicem, illa enim lege non obligatur reus, sed iudex instruitur quid debeat facere cum reo, si tale delictum commiserit; sic docet cum communi Salas disp. 16. sect. 3. num. 4. & sect. 6. n. 78. conclus. 3. Tuleus verbo privatio, conclus. 719. n. 13. Fatinac. 2. part. fragm. in verbo lex pag. 191. num. 67. & facit, quod dicit num. 78. & num. 13. & seq. At si verba sint directæ ad reum, ut amittatur, careat iure, perdat, incidat in excommunicationem, subiacet excommunicationi, censenda sunt in pœnam ipso iure, contrahere, præteritum si addatur aliqua ex illis particulis, mox, incouitenti, statim, illi, ex tunc, continuo, proinus & similia sic Salas de leg. disp. 15. sect. 6. num. 78. Et quidem de excommunicationis pœna illis verbis additis certum existimo. De privatione iuris quærit non probò, ut rectè probat Tiraquellus in l. si unquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur, n. 151. Fatinac. 2. part. 2. fragm. verbo lex pag. 199. à num. 125.

PUNCTUM XVII.

Quæ sint verba, quibus lex censetur annullare actum, aut pœnam imponere.

- 1 Si verbis expressis irritatio fiat, nulla est dubitatio.
- 2 Quid de verbis, nullius sit momenti, nullius valoris, & efficacia.
- 3 Quid de illis, caveant omni robore firmitatis.
- 4 Quid de illis, non potest, non possit.

1 DE verbis expressis id declarantibus, nulla est controuersia: ut si lex dicat, talis actus irritus sit ipso iure, ipso facto, co ipso, ex tunc; quia, cum lex ipso iure possit annullare actum, nullis verbis elatiotibus id significare potest. De aliis verò verbis est aliqua inter Doctores controuersia, an actus nullitatem ipso iure inducant?

2 Et primò dubitatur de illis verbis, nullius sit momenti, nullius sit efficacia, & valoris, de quibus Tiraquell. in d. l. si unquam, C. de reuocand. donat. verbo reuertatur, n. 97. Salas disp. 15. sect. 6. sub. num. 79. docet ipso iure nullitatem inducere. Cui modo dicendi assentior, quando nullitas præcedit actum, at si actus supponitur factus, & ob alicuius omissionem postea sequatur irritatur, non censetur irritationem esse ipso iure. Explico, Prouisus fuit in aliquo beneficio; impetratur tibi residere; aliis gratia facta nullius sit momenti, non inducit irritatio ipso iure, quia solum intelligitur pœnam uocationis tibi esse comminatam, quia illa irritatio est propria pœna, cum tendat ad tollendum ius quæsitum: sic docet Oldrad. conf. 155. quem refert, & sequitur Tuleus verbo comminatio concl. 477. n. 1. Fatinac. 2. part. fragm. verbo lex, n. 100. & 101. & Tiraquell. & seq. 3 Secundò